UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Adm. Illvstris Ac R.dissimi Domini D. Fr. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini Ord. FF. Prædicatorum

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, Anno M.DC.XLIX.

§.10. SS. Sacramentum Lac est rationabile & sine dolo, quod D. Petrus hortatur nos desiderare, vt vita vivamus rationali qua Deus viuit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-53084

Visual Library

§. 10. SS. *Sacramentum Lac eſt rationabile & ſine dolo, quod D. Petrus hortatur nos deſiderare, vt vita viuamus rationali qua Deus viuit.*

35 AD inæſtimabilem dignitatẽ iuxta D. Th. teſtimonium extollunt hominem beneficia quibus Deus illum effecit Chriſtianũ ſuumque per gratiam filium: *Immenſa Diuinæ largitatis beneficia exhibita populo Chriſtiano, ineſtimabilem ei conferunt dignitatem* quia eo ipſo, quo creat illum filium ſuum certo quodam modo tenetur illi Deus alimentum concedere dignitati conforme ad quam illum promouit: omnium autem ſuprema ad quam homo poterat aſpirare ea erat vt eſſet Filius Dei. Vt enim filij ſtemma ſequuntur & inclytam Patris progeniem, Deus autem nobilitate cunctos superexcedat, liquet quod illum ad ſupremum nobilitatis gradum extulerit. Summum ac maximum vocauit hoc donum D. Petrus Apoſt. vtque declararet cæteris hoc ſolum præualere. Dei donis, dixit in plurali maxima & pretioſa ea eſſe quæ per Chriſtum nobis collata gloriamur: *Per quem maxima & pretioſa promiſſa donauit.* Si quæras, in quo huius doni magnitudo conſiſtat, reſpondet: *Vt Diuinæ ſimus conſortes naturæ.* An ergo conſortes nos facere Diuinæ ſuæ naturæ, præſtantius donum eſt, quam nos creare filios ſuos ſecundum quod filius Patris participat naturam? Si igitur vnum eſt tantum donum, qua ratione in plurali dicit maxima & pretioſa? Ratio eſt, quia tam excellens eſt hoc donum vt dum à Deo homini conceditur, compendiũ illi tradatur donorum omnium dari poſſibilium: & ita declarat hoc in plurali, quo capiamus hoc ſummum eſſe dignitatis culmen, ad quod eum, creans filium ſuum per gratiam, poterat promouere. Si tam excellens igitur & alta ſit ea dignitas, ad quam nos extulit, titulo potitur homo iuſtitiæ, quo à Deo poſtulet alimentum, æqualis perfectionis & dignitatis cum ſtatu illo ad quem iam eſt promotus: cumque ſit iam participatiue & per gratiam Deus, non inferius eſſe debet alimentum, & ita habere debet in ſe vitam Dei: vt eo modo ſe conſeruet in illa vita quam illi tribuit, vita nempe Dei, dum illum in filium ſuum aſſumit. Rationem hanc alias proſecuti ſumus dum ageremus de conformitate menſæ cum dignitate ad quam iam aliquis aſcendit.

I. Maximũ Dei donũ eſt, vt ſimus filij Dei.

2. Pet. 1. 4.

II. His competit æquale nutrimẽtum.

Nemo negat quin Pater filio vitam ſuam communicet, & eam quam habet filius, à Patre participauerit. Si Deus igitur nos aſſumat vt ſint filios ſuos, ſeque noſtrum declaret Patrem, clarum eſt quod nos vitæ ſuæ participes efficit, & ita vitam Dei nobis tribuat. Si igitur vita Dei non alio quam ipſo Deo conſeruetur, vt nos vitam noſtram ſuſtentemus, oportet vt nobis alimentum tribuat quod in ſe vitam eiuſdem Dei complectatur. Hæc nobis tribuitur in SS. Sacramento, in quo Chriſtus nobis vitam largitur quam à Patre accepit: *Et qui manducat me viuet propter me.* Concinne dixit hoc D. Petrus in epiſtola ſua prima Canonica, vbi ſecundum expoſitionem D. Tho. & annotationem D. Theodoreti agit de hoc SS. Sacramento: *In quem nūc non videntes creditis, credentes autem exultabitis lætitia inenarrabili.* Impoſſibile eſt homini mortali in hac vita videre Deum: *Non enim videbit me homo & viuet.* Quocirca dicit Apoſt. quod Chriſtum in propria ſpecie non intuemur, ſed ſacramentatum, quem oculis fidei ſub illis cognoſcimus accidentibus, ſub illis credimus latere Deum qui communicantibus vitam ſuam infundat & cum tali fruamur vita, gaudium nos capit ineffabile & voluptas demulcet inexplicabilis: ideirco addit quod ita illum credere, noſque oſtendere Chriſti verbis fidem adhibere veriſſime nobis affirmantis ſub ſpeciebus cibi & potus, carnem ſuam & ſanguinem ſe nobis præbere cum tota ſua Diuinitate & omnipotentia: *Caro mea vere eſt cibus & ſanguis meus vere eſt potus:* cauſa ſit nobis ineffabilis gaudij etenim exponi non poteſt quanta ſuauitate ac guſtu nos Diuinum hoc recreet conuiuium, hac fide ſumptum: in cuius ſolemnitate Eccleſia ſigna dat lætitiæ manifeſtiora, quibus declaret illam, quam in illis adfert conſideratio qua pependit feſtis illis honorem reſtitui ſponſo ſuo Chriſto Domino prius perditum.

Quando reus falſis teſtibus condemnatus ignominioſe & probroſis acclamationibus ad locum deducitur ſupplicij: honor eius non leuiter læditur, vſque dum ſui veritas innoteſcat: porro cum primum mendacium pateſcit hoſtis illius, fama illi reſtituitur glorioſis ac honorificis omnium acclamationibus, & per ipſas plateas ſummo deducitur honore, per quas in ſummo dedecore proſcriptus prius trahebatur; hic alacritas qua nulla maior, amicorum eius gaudium

dium ſponſæ & lætitia filiorum, cum euidenter
iam conſtet de iniuſtitia prætentæ ignominiæ
Dan. 13. & iuſtitia honoris iam reſtituti. Quando ſenio-
res illi maleuoli iniuſtè in crimen adulterij vo-
carunt Suſannam, quorum iniqua accuſatione
conuicta iam mortis rea trahebatur, quam gra-
uiter parentes eius iniqua hæc afflixit ſenten-
tia, quæ in ſummam eius ceſſit ignominiam.
Verumtamen quando Deus illorum iniquum
detexit ſcelus, famamque illi reſtituit iniuſtè
ablatam, quis explicet quanto fuerint parentes
eius gaudio delibuti, quantaque honoris eius
trophæum ſolemnitate celebrarint.

Inique ſupramodum contra Chriſtum ege-
Pſ. 16.12. runt Iudæi falſis addictis teſtibus: *Inſurrexe-
runt in me teſtes iniqui*, ita ſuam hanc mouerunt
Matt. 26. 60. accuſationem: *Cum multi falſi teſtes acceſſiſſent.*
Peruerſa hac armati informatione non toleran-
VI. Error Chriſto verificatur. da infamant eum ignominia, mortis profertur
ſententia, tolleret ſupplicium vt vir malefactor
& omnium nequiſſimus: *Cum iniquis reputatus
eſt.* Tanto ſententiam dedecore executi ſunt,
tamque moleſtis eũ vexarunt iniurijs, vt omnino
Iſai. 53.3. illum deformarint & vix quis eum agnoſceret:
ita fatur Iſaias: *Vnde nec reputauimus eum.* Quæ
intimos eius obruere poterat triſtitia, dum tam
infami eum proſcindi cernunt ignominia? porro
tranſijt turbo hic, & diſſipata tempeſtate, eius
iuſtitiæ atque innocentiæ effulſit ſerenitas: ſi
namque propter eam patiebatur, nullius tamen
culpæ reus, ſed meas tuasque ſoluebat: auctor
ferocis adeo perſecutionis, malitia taxatur
& paſſio Iudæorum: vnde nunc illi hæc fama
reſarcitur atque in hac ſolemnitate honori pri-
ſtino reſtituitur, quem ſæuiente illa tempeſtate
VII. Honor Chriſto in SS. Sacramẽto reſtituitur. illi ademerant: & ſicut vt tũc infame mitta nunc
per publicas mundi vias Diuinis fertur accla-
mationibus præcone præclamante, quod ſi
mortuus fuerit, cauſa non ſit quia viuos occidit
ſed vt occiſos viuificaret nobiſque Dei vitam
repararet peccatis noſtris interemptam, nec ſi-
militer ignominijs affectus criminum reus quin-
imo noſtra deleturus: quantam ergo in ſuis fi-
lijs ſuis fidelibus inquam adferre debet lætitiam
dum Chriſtum tanta vident gloria ſublimatum
& duplici fœnore honori reſtitutum? Ita teſta-
tur D. Petrus: *Et credentes exultabitis lætitia in-
enarrabili.*

Fideles Chriſti filij credentes ſub illis acci-
dentibus totum contineri Chriſtum, eius ani-
mam, corpus, ſanguinem, & Diuinitatem, oculis
fidei eum inuenientes in SS. Sacramento tanta
ſolemnitate celebratum, quodque in ipſa, fama
illi reparatur integerrima, quam perfida Iudæo-
rum illi ſuſtulerat iniquitas, repleti gaudio &
lætitia delibuti inexplicabili in medium proſi-
liunt eius feſta celebraturi ex fide inſtructi qua
credunt, quod cum verus ſit Deus & commu-
nicet ſub illis accidentibus panis recipienti il-
lum, vitam quam à Patre accepit, hic Dei vitam
amiſſam recuperet, & conditiones attrahens ci-
bi eiuſque expertus dulcedinem, in cogitatio-
nibus ſuis, verbis & operibus, Diuinus magis
appareat quam humanus cum videat à Deo ſibi
dari cibum qui eandem eius continet, vt con-
ſeruet eam qua gaudet, filij Dei.

Hæc omnia latius proſequitur idem Apoſt.
1. Pet. 2. 2. his verbis: *Quaſi modo geniti infantes rationabi-
les ſine dolo lac concupiſcite, ſi tamen guſtaſtis, quo-
niam ſuauis eſt Dominus.* Vnde idem proſecutus VIII.
quod antecedente capitulo tractauerat de SS. Locus
Sacramento vt conſtat ex eodem textu, illud hic expli-
appellat lac rationabile, & ſine dolo, nec non ad catur de
maiorem confirmationem quod de illo loquatur, SS. Sacra-
addit illa verba de pſalterio vbi Propheta Re- mento.
gius de illo canit ad litteram, vt credimus D.
Dionyſ. & D. Cyril. Alexand. alijſque multis
ſanctis: *Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt Do-* Pſ. 32. 9.
minus, quibus verbis, interprete D. Aug. loquitur *Lib. de*
litteraliter de SS. Sacramento: quinimo pſalmi *Eccleſ.*
titulus eidem ſuffragatur: *Pſalmus Dauid quando* *Hierar c. 5*
immutauit vultum ſuum coram Abimelech. Hic *Hom. de*
Deus vultum ſuum immutauit & transfigura- *Cœna de*
uit. illum panis ac vini occultans accidentibus. *ablutione.*
Ait igitur D. Petrus: Renati eſtis noua genera-
tione in filios Dei: *Oportet vos naſci denuo*, ait
Chriſtus, per Baptiſmum, eſt etenim porta nos
introducens velut filios Dei per gratiam in Re-
gnum Eccleſiæ: & iam vt tales in illa nati, velut
infantes modo geniti, vt in hac vita vobis com-
municata viuatis, lactis indigetis alimento. Puer
etenim vt viuat & creſcat lac poſtulat, & qua-
le lac illud de quo Apoſtol. ? *Sine dolo.* SS. Sacra-
mentum.

Hunc titulum adſcripſit illi D. Auguſt. *Lac* *Tract. 3.*
noſtrum Chriſtus humilis eſt: & nullibi humilior *ad 1. Ep.*
& contractior Chriſtus apparuit quam ſub ac- *Ioan.*
cidentibus panis & vini in SS. Sacramento: & XI.
D. Cyril. Alexand. multas illi accomodat lactis Lac Chri-
proprietates quibus declarat ipſum lac eſſe quod ſtus eſt.
fideles nutrit & vitam dat Dei: & expouit Apo- *Lib. 1. Pa-*
ſtol. lac eſſe ſimplex ſine dolo, ſed in quo vera *dag. c. 6.*
ſit ſuauitas Deique dulcedo, eius vera ſubſtantia
& vera vita, cum vita ſit Dei, & hæc eadem quæ

X realiter

realiter verèque illi tribuitur ſemota omni fraude & dolo illud recipienti: *Lac ſine dolo.* Quorumdam eſt opinio D. Petrum meris hic meminiſſe primitiuæ Eccleſiæ, dum recenter Baptizatis tribuebatur SS. Sacramentum, quinimo in Eccleſia orientali teſtibus D. Dionyſio Ariop. & D. Hieron. qui hoc ſumpſit ex Tertulliano, conſuetudo viguit vt pueris nouiter Baptizatis vinum conſecratum & lac porrigeretur.

Lib. cit. c. vlt. de pie defunctis. Lib. de corona Milit. in c. 51 Iſai.

X. Alimentũ eſſe debet naturæ conforme.

Infans alimentum requirit naturæ matris ſuæ, quæ cibum illi præbet, quem tamen in propria ſpecie dare nequit: quia veſcitur illa pane, carne & cæteris alimentis, quæ conuenientes eſſe non poſſunt cibus infantulo. Quid remedij? Cibum illa comedat, decoquat & digerat eique eius in lacte ſubſtantiam tribuat & hoc modo vitam ſuſtentet infantuli. Per Baptiſmum efficimur *Quaſi modo geniti infantes* in fide. Filij ſumus Dei, & ipſe ſuis nos nutrit vberibus: *Ego quaſi nutritius Ephraim*: in ſenſu litterali populum intelligit Chriſtianum, quia Ephraim dicitur augmentum: & ita ad conſeruationem noſtram alimentum requiritur naturæ Dei quod eandem habeat vitam, ſitque ipſe Deus, qui nobis tradatur in epulum. Cæterum cum Deus in propria natura alimentum ſit forte & pingue, ſtomacho noſtro debili non reſpondens, vrget ratio vt primo diſponatur, & in ipſo calore naturali Diuini amoris quaſi decoquatur: ad hoc igitur Chriſtus manet ſub illis ſpeciebus, & in SS. Sacramento amor eius decreuit (quia in eius inſtitutione de Deo triumphauit) vt fieret cibus proportionatus, nobiſque traditus ſub ſpeciebus panis & vini atque in illo quaſi præparauit epulum ſubſtantiæ Dei ignis Diuini amoris: vt, licet cum ſubſtantia eſſet Dei, eſſe deberet forte ac pingue eius alimentum, quale ſtomachus noſter arctus & limitatus ferre non poterat, tamen ſumere poſſemus vt alimentum facile, prout puerulo perfacile eſt alimentum ſumere ciborum nutricis illum nutrientis iam conuerſum in lac liquidum & candidum, virtute caloris naturalis quo illos in cibum conuertit ſumendum puero facillimum. Lac itaque à puero receptum, ſubſtantia eſt cibi, quem nutrix comedit, aptata ſtomacho puſionis calore naturali, quem ille in ipſam conuertit, vt eo modo puer vitam alimento cibi quo veſcitur, conſeruet.

Oſe. 11. 3.

XI. Ex quo probatur SS. Sacramentum.

XII. Sed cum forte ſit, digeritur & aptatur nobis.

Non poteſt Deus in propria ſubſtantia limitatum noſtrum arctumque ingredi ſtomachum, cumque daturus ſe eſſet vt anima propria illi vita gauderet, atque in illa conſeruaretur, opus fuit vt nobis ſe traderet ſub ſpecie cibi, nobis admodum facilis, eo modo vt hac ipſa ſubſtantia veſceremur ſub alimento nobis receptu facillimo: eo fine ignis diuini Amoris hanc Dei ſubſtantiam quaſi digeſſit, & velut lac ſumptu facile in SS. præbuit Sacramento, in quo velut nutritius Deus nos ſuis alit vberibus: *Ego quaſi nutritius Ephraim*, exhibetq; ſuam Diuinitatem, omnipotentiam, maieſtatem, magnitudinem totamque Chriſti humanitatem ſub ſpeciebus panis & vini, lac quod facile homines degluitiunt: *Lac ſine dolo.* Itaque calor Diuini amoris qui de Deo triumphum egit in hoc SS. Sacramento, hoc ita præparauit, vt eſca hæc conforme fieret alimentum vitæ hominis ſpiritualis. Olim Eliſæus puerulum iam defunctum reuocaturus ad vitam, calore ſui corporis vſus eſt naturali etenim ſe defuncto vniens hunc illi communicauit, & quamprimum illum ſuſcepit, ad vitam reſuſcitauit perditam; quo datur intelligi quod Deus vitam animæ ſpiritualem peccato amiſſam communicaturus vt illam rite diſponeret vſurus eſſet calore Diuini amoris, qui flagrat in corpore viuo Chriſti Domini in SS. Sacramento: nam illum ſibi coniungens in S. Communione vitam aſſequetur Dei in ipſo manentem. Hoc eſt *Lac ſine dolo.*

Alij legunt: *Rationabile* vel *ſpirituale*, id eſt & iuxta D. Thom. naturæ noſtræ proportionatum, [illegible] aptum in cibum panis & vini potu n. D. Chryſ. [illegible] & D. Theodoretus interpretantur *Ratione vtens.* [illegible] Ad differentiam ſacrificiorum antiquæ legis ex [illegible] animalibus irrationabilibus, & in quo Diuinum [illegible] hoc ſacrificium cæteris eminet, quod nimirum in eo oblatum ſit quid *Ratione vtens.* Auctor vero [illegible] quidam modernus & doctus cenſet alluſionem [illegible] hic fieri ad primum cibum quem homo ſumpſit, fuit enim irrationabilis, mendax & doloſus, quo homo in iumentũ degenerauit: *Comparatus eſt iumentis inſipientibus. & ſimilis factus eſt illi.* Obtulit illi diabolus in eo Diuinitatem [illegible] tamque Dei, illumque hac promiſſione ad ſe [illegible] traxit & fraudulenter decepit. Qui namque dare [illegible] debuerat illi Diuinitatem, illum velut animal reddidit inſipiens, & abſit vt vitam illi daret Dei, imo qua viuebat, illi abſtulit & in mortem præcipitauit. Lac autem SS. Sacramenti Rationabile eſt & ſine dolo: pollicetur enim Diuinitatem eamque tribuit, quandoquidem illud recipiens in Deo maneat & Deus in illo: *In me manet & ego in illo.* Vitam promittit Dei, vitam æternam, & promiſſa complet: *Qui manducat*

hunc

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

hunc panem viuet in æternum. Cibus ergo qui tanta veritate continet & dat quod promittit, nuncupetur *Lac ſine dolo*, quandoquidem veriſſime vitam Dei communicet: *Qui manducat me viuet propter me.*

Hom. 13. in Cant. XIV. Subtiliter notauit D. Greg. Nyſſenus declarans quare oculi ſponſi dicantur lacte loti: *Oculi eius ſicut columbæ ſuper riuulos aquarum, quæ lacte ſunt lota.* Et ait quod inter humida & liquida hoc habet lac ſingulare quod reliqua velut ſpecula luci liſſima figuram repræſentent obiecti illis propoſiti: ſi namque coram hydria aquæ ad eius marginem figuram colloces Regis, illam tu inſpiciens iudicabis vere & realiter ibi adſtare Regem: lac autem nullum repræſentat obiectum ſibi propoſitum. Hinc inſignem conſequuntur laudem oculi Chriſti ſponſi Eccleſiæ quod dicantur lacte loti, quo datur intelligi, nihil eorum quæ poſſidet, aliter poſſe repræſentari, quam in ſe continet: ita vt nihil ſit in eo fraudulentum, nihil doloſum, nihil erroneum, & quod eorum omnium euidenter non demonſtret veritatem; vnde cum lac ſymbolum ſit veritatis eo quod obtutui noſtro non aliud offerat quam in ſe habet, optime quadrare poteſt Diuino huic cibo vt lac nuncupetur ſine dolo, & merito nobis hoc proponit D. Petrus, vt deſideremus illud, appetamus & quæramus: quia nobis non ſpondet, nec tribuit minus eo quod in ſe complectitur, Diuinitatem ſc. vitamque Dei: *Qui manducat me viuet propter me.*

Oculi Chriſti lacte ſunt loti. Cant. 5. 12.

§. II. *Sicut per buccellam arboris vita Paradiſi diabolus in homine mortem produxit animi ſpiritualem: ita Chriſtus in cibo SS. Sacramenti vitam illi tribuit ſpiritualem.*

39 Opuſ. 58. c. 4.

DIu. Thom. nonnullas profert rationes quibus probat cur Chriſtus corpus ſuum ac ſanguinem hominibus tradiderit ſub ſpeciebus panis ac vini: & vna inter illas hæc illius eſt, vt neceſſitati conſuleret generis humani: etenim iuxta illam ſibi in remedium poſtulabat dari à Chriſto Diuinum hunc cibum in alimentum. Huic diabolus ſemper adlaborauit, vt pro viribus ſuis opera Dei deſtrueret. Conſpexit Dei principale opus fuiſſe creationem hominis propriæ vitæ ſuæ inſpiratione adornati: hæc enim erat illa rectitudo, qua illum effecerat perfectiſſimum, & velut præſidem dominumque creaturarum omnium abſolutum: *Fecit Deus hominem rectum.* Exponens autem D. Anſelmus in quo conſiſteret illa rectitudo ſic ait: *Creauit Deus hominem rectum, id eſt cum rectitudine voluntatis.* Et D. Thom. proſecutus hanc rectitudinis declarationem qua voluntas effulgebat, ait: quod in ſtatu iuſtitiæ originalis, in quo Deus hominem condidit, iuxta communiorem ſententiam, habuerit homo potentias ſuas inferiores ſubditas rationi & voluntati, per quam illæ regebantur: & cum ratio perfectè ſubiecta eſſet Deo velut Domino & creatori ſuo, hinc ſequebatur hominem illa rectitudo voluntatis: vnde in homine omnes eius potentiæ quiete interiori & pace gaudebant, vt nulla earum ab eo deflecteret quod illi Deus proponebat: atque per hoc vita viuebat perfecta, nullius indigus: in hac namque dignitate conſtitutus ſimilis admodum fuit, multamque habuit proportionem cum vita Dei: vt autem in ipſo illam reliquæ cognoſcerent creaturæ, ad ſtatum prouexit illum reliquis digniorem, vt omnes velut illi eiuſque vicario vniuerſalis dominij Dei obtemperarent, & ipſe velut earum omnium Dominus illis imperaret, eas regeret & diſponeret. Itaque voluit vt omnes in homine cognoſcerent eminentiam & dignitatem vitæ Dei, quam in illo ſtatuerat, ac per eam ſibi ſimilem creauerat. Ita declarat hoc Spiritus S. quando creationem deſcribens primi hominis, vt in quo cōſiſteret illa Dei ſimilitudo: *Faciamus hominē ad imaginē & ſimilitudinem noſtram:* ſubiungit quaſi ſignum huius ſimilitudinis expreſſiuum vitam digniorem, in eo clareſcentem ſuper omnes creaturas earumque eſſentias, in auctoritate præſidiaria qua cæteris eminebat, ſecundum illam quæ in Deo relucebat, ex vniuerſi totius gubernatione: *Et præſit piſcibus maris & volatilibus cæli & beſtijs vniuerſæq; terræ omnique reptili quod mouetur in terra.*

Eccle. 7. 30. Lib. de Concord. grat. & Libe. arb. p. 158. & 143. 1. 2. q. 85. ar. 3.

I. Creauit Deus hominem rectum.

II. Homo cæteris creaturis eminentior.

Gen. 1. 26.

Opus igitur hoc vidit diabolus & inuidit, vitamque hanc in homine præcellentem: vnde liuore ſtimulatus conatus eſt illam euertere, & mortem in hominem introducere, ac vitam hāc adeo præſtantem extinguere: eo fine perſuaſit Euæ vt fructum arboris vetitæ guſtaret, quam Deus in medio paradiſi collocauerat. Audiuit ſerpentis vocem Eua quam illi proponebat tot circumſtantijs ornatam bonorum, dulcedinis ac proprij commodi, credidit illa, comedit virumque traxit in conſortium & perierunt & nedum promiſſa illis facta non ſunt aſſecuti, imo

III. Diabolus opus Dei deſtruxit & vitam homini ſuſtulit.